MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)
Melk, um 1470 Seite 114r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



simis tormentis. et uinco omnes tuas
uirtutes cum patre tuo diabolo.
Urbanus autem uictus et turbatus in uerbis
infantis. nesciebat quem admodum
finiret eam. iussitque eam duci ad
carcerem. Ducta autem beata xpina
ad carcerem sedebat. et eloquia dei me
ditabatur. Venerunt in conspectu eius tres
angeli afferentes ei prandium salutis.
et mittentes manus sanauerunt totum
corpus eius. Beata autem xpina re
spiciens in celum. orauit dicens. Domine
deus celestis medicus uulnerum
occultorum. scio et cognosco quia non me
de reliquisti. sed memoratus es mei.
et misisti mihi prandium de excelsis tuis
per sanctos angelos tuos: quia de multo
certamine sumpsi escam redemptio
nis. Per noctem autem transmisit urba
nus quinque pueros. et iussit alligare
lapidem in collo eius. et mitti eam
in mare. Hoc autem facto. susceperunt
eam angeli. et deambulabat cum
angelis super aquas. Et respiciens
xpina in celum. orauit dicens. Domine
ihu xpe qui nobiscum es. non deserens
timentes te. ostende mirabilia tua
et iube me accipi in hac hora. quia in
his aquis signasti signaculum tuum.
quia tu ambulasti super hoc mare.
et benedixisti ei. et nunc iube me re
nasci. et accipere lauacrum regeneratio
in hac hora. et munda me a sorde que
mihi superposita est. et illumina me
ihu xpe illuminatione tua sancta. et in tuo
splendore et indumento ueritatis eterne
donare. Venitque uox de celo dicens
Xpina. exaudiuit dominus deus deprecati
onem tuam. Venit nubes lucida super
caput eius. et uidens infans uenientem gloriam xpi. et super caput eius
coronam. et stolam ueritatis. et erant
ante ipsam angeli cum suauitate
odoramentorum et incensorum cum ymnis.
Xpina ingemiscens et respiciens ad
celum. orauit et dixit. Filius dei
uiui et inuisibilis ihu xpe. incorrup
tibilis et immaculatus. quia hodie de
scendisti de excelsis tuis super aquas
maris cum multa gloria. cum exercitu
angelorum. et donasti mihi gloriam immor
talem renouationis. mitte urba
no in hac nocte secundum quod gessit in
me ancillam tuam. et minatus est inter
ficere me. in crastina autem die non
facias eum requiescere. Et hec dicens.
beata xpina ducta est in carcerem.
et ministrabant ei angeli glorifi
cantes deum. Pater autem eius urba
nus in ea nocte cum multis tormentis
et cruciatibus reddidit animam. Beata
autem xpina audito urbano mor
tuo. surrexit et orauit. dixitque Gratias
tibi ago deus patrum nostrorum abraham
ysaac et iacob quia exaudisti an
cillam tuam. et allisisti in tenebras
et tartarum urbanum alienum tue pro
missionis. et omnes qui blasphe
mant nomen sanctum tuum.

Aduenit alius iudex in
locum urbani nomine di
on. et ipse iniquissimus cul
tor ydolorum: et oblata sunt ei ab of
ficio gesta beate xpine. Legens
autem hec iudex. cogitauit intra se
quid tanta tormenta perpessa est.
et non subdidit. et dixit intra se. Quid
faciam? Ego eam adducam ad
culturam idolorum. Et iubens iudex
adduci eam ante tribunal. uidensque